



^{MO}
REVEREN. IN CHRISTO

P. F. SIXTO FABRI LVCENSI

Generali Magistro Ordinis Prædicatorum.

Lucas Antonius Iunta S. P. D.



ADMIRANDVM, ac diuinum Diui THOMAE
Opus, Quod Summa totius sacræ Theologiæ
nuncupatur, quamuis è nostra egressum
Typographia non mediocri cum utilitate, at-
que oblectatione legentium iampridem in lu-
cem prodierit; Attamen quia eruditissimo-
rum Theologorū lucubrations, interpretationesq; doctissima, ac
utilissima tanti Operis quæstiones profundissimas illustrarunt; Et
quia Opusculū pulcherrimū de Motoribus Orbium, atq; de prin-
cipio Individuationis ab eodem ipso Authore conscriptum Et ob-
litionis tenebris, in quibus diu latuit, diuina quadam benignita-
te emersum in manus nostras peruenit; Omnia hæc simul collecta
tanto Operi addidimus, quod longè vberius, Et luculentius à nobis
quam maxima cum diligentia, Et cura correctum, Et excussum,
presenti futuræq; Etati consecratur, commendaturq;. Tibi ve-
rò Pater Reuerendissime, cui prius sacri Palatii magisterium
demandatum, mox uniuersæ Religionis Dominicane merito
credita est administratio, iure optimo dedicandum opus hoc præ-
stantissimum constituimus. Aquisimum etenim est, ut quem
tu Pater prudentissime, ac sapientissime, morum probitate, vita